

quamdiu tenuit; denique *Silesiae* Aquila nigra, pectore lunula et cruce argentea in campo aureo.

## DCCCCVII.

E. 82 Codex membraneus lat. Sec. XVI. ineuntis Folior. 234. 4. luculente exaratus, marginibus exterioribus splendide deauratis et picturatis, Iconibus insuper XXXVI. Mysteria Religionis et Acta Sanctorum repraesentantibus exornatus ad pium usum Ordinis S. *Johannis Hierosol.* paratus est, et, ut videtur, *Emerico de Ambosia*, qui ab a. 1503. ad a. 1512. magnum Magistratum eximie gessit, inserviit; prima enim Icon Insignia *Ambosiana* Cruci Ordinis conjuncta et a duobus Angelis sustentata exhibet. Infunt porro post *Calendarium* initia IV. Evangeliorum, Passio secundum *Johannem*, Psalmi graduales, Horae B. M. V. secundum usum *hospitales sancti johannis iberusalem*, quod et alibi additur, Horae de Cruce, de S. Spiritu, de Conceptione et quidem immaculata; in oratione enim dicitur: *ipsam sine macula concipiendam*; VII. Psalmi Poenitentiales cum Litaniis, in quibus: *Ut magistrum nostrum religionemque nostram regere custodire ac defendere digneris*. Officium pro Defunctis. Preces ad Deum, variasque Coelites, in quibus S. *Fiacrius*, cujus effigies dextra librum, laeva palam tenet; demum diversae per annum *Missa*.

## DCCCCVIII.

Codex membraneus lat. Sec. C. 945 XV. Folior. 169. 4<sup>o</sup>. probe scriptus, literis initialibus, tum marginibus foliorum auro fulgido, variaque pictura speciosis, et insuper XI. Iconibus Vitae Christi mysteria referentibus, magis tamen a colorum vivacitate, quam ab arte commendandis decoratus, olimque Parthenonis *Halenfis* in *Tyrolis*, *Horarium* est Initia Evangeliorum, Officium de B. V. *Maria*, de cruce Domini, de S. Spiritu, Psalmos dictos *Poenitentiales* cum SS. Litaniis, Exequias Defunctorum, XV. *Mariae* Gaudia, et Orationes quasdam complexum, quas ejusmodi Rubrica praeit: *Quiconques vult estre bien conseillies de la chose dont il a besoing si die chascun iour les oroisons que vous trouueres si apres escriptes &c.* Ita omnia gallice inscripta sunt, cumque tam in praevio *Calendario* 30. *Maji Translation. S. ferreu. et S. fergeuil*, dein 16. Jun. *S. ferreu. et S. fergeuil* auro scripti occurrant, quam in Litaniis iidem Martyres *Ferreolus* et *Ferrucius* invocentur, *Horarium* istud ad Dioecesin *Vesontinam* refero; *Vesontione* enim horum Christi Testium *Αερψαα* quiescunt. Qua ratione deinceps ad quendam *Germaniae* Episcopum aut Vassalum Imperii devenit, dicere non habeo: praefixa enim est manu eleganti Sec. XV. inclinantis Formula quaedam generalis Homagii feudalis, cujus ini-

2179

LITURGICI.

2180

initium: *Ich n. Bischove zu n. Gelob vnd swer auf das heilig Ewangelium. Das Ich leiblich bertüre. Daz ich nu hinfür von diser stund getrew hold geborsam vnd gewertig sein sol vnd wil Ew. Alledurchleuchtigsten Fürsten vnd herren Hern Friderichn Römischen keyser &c.*

DCCCCIX.

- H. 3 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 105. 12. bene perscriptus, picturisque speciosis passim insignis, inter quas Icones XII. majores varia Religionis Mysteria vivide repraesentantes, et diversorum corporum naturalium perita exhibitio, *Horarium* est, cui insunt per Hebdomadem dispositae Horae de S. Trinitate, pro Fidelibus Defunctis, de S. Spiritu, de omnibus SS. de S. Sacramento, de S. Cruce, et de B. V. Maria His accedunt: Missa de Eadem, Ejusque Horae secundum usum Rome; has vero Calligraphus tantum usque ad Tertium perduxit. Comparat in earum Frontispicio Scutum argenteum trifasciatum rubro, fortasse Possessorem e Croyorum Domo designans.

DCCCCX.

- C. 995 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 179. 4. min. elegantissime exaratus, literis initiorum deauratis, coloratisque, marginibus omnibus vario animalium, Denis Codd. Theol. V. II. P. III.

plantarum, monstrorumque, quae rifum moveant, ornatu conspersis, et praeter Icones minores grandibus XIV. a praestanti penicillo speciosus, quas inter Salvatoris Effigies fol. 14. in admirationem rapit, *Horarium* est, geminum iis, quod ad calamum et penicillum adinet, quae Codd. DCCCCXXXVI. et LXXXVIII. retulimus. Initium a *Calendario* ducitur hominum occupationibus adpietis visendo, in quo purpurati *Vincencius, Amandus, Eligius, Aegidius, Bavo, Dionysius, Donatianus*, ut discas *Belgium*. Succedunt Horae de Cruce, de S. Spiritu, Missa de B. V. M. Initia IV. Evangeliorum, Horae de Beata, Psalmi de *Poenitentia* cum Litanis SS. Vigiliae Mortuorum, et Commemorationes variorum Coelitem. Per illustrium Possessorum manus ivisse praesens *Horarium*, argumento sunt, quae variis temporibus ei inscripta leguntur. Ita in theca anteriore: *En vos bonnes prieres se recommande Celuy qui votre bonne grace demande. De Lalaing. Fol. 157. p. 2. Afin que Je soye de Vous recommandé, acceptez bonne Dame cest mis cy en escript. Votre vray bon mestre Charles, quem Imperatorem V. fuisse non dubito. Fol. 165. Tant quen ce monde viueray, parent et amy Vous serai. Croy. Et theca postica: 1543. Forte fortune forte. Rogendorff. Et infra recenter: R. J. de Calonne du Quesne. Thecae argento deaurato asperae impressum: Ob laudem Chri-*

C c

Chri-